

*21. Instrumentum venditionis di
Emma e Matteo, madre e figlio,
in favore di Pasquale de Ruta*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*21. Instrumentum venditionis di
Emma e Matteo, madre e figlio,
in favore di Pasquale de Ruta*

1298-05-19

(c. 341v) Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo ottavo, regnante domino nostro Carulo secundo Dei gratia gloriosissimo rege Hierusalem, Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Andegavie, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum eius anno quartodecimo feliciter amen, mense madii nono decimo eiusdem, undecime inditionis.

In presentia Bernardi de Connestabulo regii iudicis Potentie, Ioannis de Gunnella publici eiusdem terre notarii et testium subscriptorum, nos Emma uxor condam Tholomei de Rellando et Matheus eius filius, cives et habitatores Potentie, vendimus et tradimus tibi Pascali de Ruca, genero et cognato nostro, civi et habitatori eiusdem terre Potentie, petiam unam terre sitam in tenimento Potentie, in contrata silicet Campi Saraceni, hiis finibus circumdatam: ab uno latere tenet Nicolaus <Guillemi> de Filippo, a secundo latere tenet Robertus Anatrinus, a tertio latere tenet Ioannes de Lacupensili et si qui alii sunt confines. Hanc autem petiam terre, qualiter est prescriptis finibus circumdatam et per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, tibi ditto Pascali vendimus et tradimus, ut dittum est, pro qua recepimus a te nomine pretii unciam auri unam et tarenos viginti duos et medium, totum videlicet pretium ipsius venditionis. Quapropter damus et tradimus tam tibi quam tuis heredibus // (c. 342r) liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo volueritis alienandi petiam terre <prescriptis> finibus superius designatam. Insuper repromittimus tibi et tuis heredibus eam tibi defendere et guarentire contra omnes homines qui te vel tuos

heredes de preditta petia terre molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum; et si nos prefati Emma et Matheus, filius et mater, vel nostri heredes vel aliquis per nos vel per nostros heredes contra te prefatum Pascalem vel tuos heredes de preditta petia terre aliquo tempore venerimus vel eam vobis deinceps calupniati fuerimus seu per quodlibet ingenium ipsam a vobis repetere vel subtrahere quesierimus aut eam vobis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dittum est, noluerimus more iudiciorum, debeamus componere nomine pene augustales auri viginti, medietatem tibi vel tuis heredibus et alteram medietatem reginali curie, preditta venditione nihilominus rata perpetuo permanente; propterea <sic> guadium tibi ex ea dedimus et fideiussorem de evitione tibi proinde posuimus me Matheum prenominatum; et insuper ego preditta omnia iuravi ad santa Dei evangelia corporaliter tatta contra presentem venditionem nullo umquam tempore me venire, sed eam ratam et firmam perpetuo observare.

1

2

3

4

Et taliter ego predittus Ioannes de Gunnella publicus Potentie notarius // (c. 342v), de mandato contrahentium predittorum, hoc instrumentum venditionis scripsi quia interfui et meo signo signavi. (SN) † Bernardus

Così S per Rollando (da docc. coevi)

Così S per Ruta (da docc. coevi)

Così S per <Guillemi> de Philippa (da docc. coevi)

Così S per Anatronus (da docc. coevi)

scripto iudex testator in isto † Ego Angelus presbiter
ecclesie Santi Michaelis interfui † Ego Iacobus de
Eldeza presbiter ecclesie Santi Michaelis interfui † Ego
Nicolaus de iudice Cantore interfui † Ego Robertus de
Lacupensuli interfui

5